Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Medzinische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. V, 50
Signatur: Cent. V, 50

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

et semis cum ℥ i sanguinis capri in et eadem die exhibita li
berat in instanti omnem fluxum ventris et sanguinis quod
divinum est. ¶ Item dosis eius ℥ vi cum sanguine leonis
vel galli ℥ i in eadem hora exhibita in instanti a febre quar
tana liberat. Sed cave quod quartanarius sit multum macilentus.
¶ Item dosis eius ℥ iii cum sanguine capris antiqui ℥ i et eadem
hora exhibita ligat potentes.

Salvia est herba omnibus nota et divina herba est. Collige er
go mense decembri foliorum salvie lbr xx hora diei xxi et
contunde et id totum concisissimum pone in olla vitrea haben
desuper xx foramina minutissima in coperculo et appone bal
sami libr. i lactis mulieris masculum lactantis lbr i mellis
lbr ii vini optimi lbr iii succi foliorum boraginis lbr ii succi
plantaginis lbr semis et pone per xx dies ad solem et re
pone et utere. ¶ Huius itaque dosis lbr semis xx^a hora diei
exhibita ieiuno stomacho illesum servat potentem ab omni
specie febrium per viginti annos si tantum vixerit. ¶ Item
dosis eius ℥ ii cum limatura cornu cervini ℥ semis eadem ho
ra exhibita statim dolorem dentium intollerabilem et splenetici
tatem et sclirosim reddit. ¶ Item dosis eius ad pondus ℥ semis
cum pulvere cinamomi et masticis ad pondus ℥ ii statim
omnem vomitum sedat. ¶ Item dosis eius ad pondus ℥ semis
cum pulvere ligni aloes et cubebarum ℥ i et semis statim
singultus et suspiria et omnem difficultatem anelitus sanat
et defendit. ¶ Item dosis eius ad pondus ℥ xx cum san
guine aquile masculi ad pondus ℥ x eadem hora exhibita
incontinenti reddit hominem ardua cogitatione affabilem. eius
presentia trepidabunt omnia volatilia domestica et silvati
ca et capiet ea et obedient ei et habebunt actus magnos
et fiet homo in consilio providus negotia tractabit ardua
vocabitur a regibus et principibus. eritque in gratia confir
matus. Si vero voluerit contra hostes progredi ter bibat
cum predicto sanguinem leonis ℥ i et si non inveniat san
guinem leonis potest loco eius accipere sanguinem ursi.
¶ Item dosis eius ℥ x et semis cum sanguine equino ℥ ii
eadem hora exhibita facit hominem fortem sicud in agone
duelli sicud in itineribus et huiusmodi etiam preservat ab os
sium fractura et stomachi et coleras per anum purgat et
per emoroides. ¶ Item dosis eius ad pondus ℥ v cum san
guine testitudinis et sanguine anniculi agni ad pondus ℥ ii
et semis eadem hora exhibita tisicos impinguat et consump
tos eadem die quod divinum est et mirabile opus et illos
qui desperati sunt. ¶ Item divinum et excellentissimum est
dosis eius ℥ semis cum sanguine turturis et cum sanguine